UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXVII. Quæ sit vera vita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51132

Visual Library

poreſt, niſi ſpiritu ambulet. *Si ergo ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus.*

*Gal. 5.*

*Mors vitæ ſpiritualis.*

28. Huic vitę contrariatur mors animæ ſpiritualis: quæ nihil aliud eſt, quam ſeparatio gratiæ ſeu ſpiritus diuini ab anima: de qua Ezechiel: *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur.* & Sapiens: *Os quod mentitur, occidit animam.* D. Paulus etiam, *Neſcitis*, ait, *quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis ſiue peccati ad mortem ſiue obeditionis ad iuſtitiam?* Denique Iacobus. *Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem.* Pro hac morte extinguenda Filius Dei mortuus eſt. Pretium vitæ ſane magnum, quod homines tamen parui faciunt. Nunc de vita æterna diſſeramus.

*Ezech. 18.*
*Sap. 1.*
*Rom. 6.*
*Iacob. 1.*

## CAP. XXVII.

### *Quæ ſit vera vita.*

29. TRes vitas deſcripſimus: quarum vna ſane mors dicenda eſt, non vita. Quis enim peccati vitã dixerit vitam: niſi æternis ignibus peccatorem deputatum viuere cẽſeat ęterna vita, quia peccati vita æternum viget, nec ſuppliciis extinguetur æternis, etſi ipſe maxime velit. Verum talis vita in tormentis, id nominis non meretur: nec eam Scriptura dignatur vitæ nomine, ſed mortem æter-

*Vitam peccati & dãnatorum, vitam non eſſe dicendam.*

æternam indigitat, vt grauiter diſerteque Au-
*De diuerſis* guſtinus. *Habebunt*, inquit, *impii in cruciati*-
*ſermon.112.* *tam : ſed qui viuunt in tormentis, cupiunt (ſi*
*de marty-* *poſsit) finire talem vitam, & nemo eis dat inter*-
*ribus qui* *vt nemo auferat cruciatum. Sed vide Scriptur*-
*Maſſa can-* *quentem & diſcernentem. Non eſt dignata*
*dida voci-* *vitam vocare vitam. In cruciatibus, in tormen*-
*tantur, c.5.* *ignibus ſempiternis, noluit appellare vitam, vt*
*tom.10.e-* *nomen vitæ laudis ſit, non mœroris : vt, vbi*-
*dit. Plant.* *que audis vitam, tormenta non cogites : nam in*
*mentis eſſe ſemper, æterna mors eſt, non aliqu*-
*Apoc. 20.* *ta. Ipſam vocant Scripturæ mortem ſecundam.*
*hanc primam, quam omnes humanæ condicion*-
*bemus, & mors ſecunda & mors vocatur: & ne*-
*moritur : ſatius & melius dixerim, nemo ibi viuit*
*doloribus enim viuere, non eſt viuere.* Et paulo p-
*Ergo illa vita in tormentis, non eſt vita; & illa vita*
*eſt, quæ beata : nec beata eſſe poteſt, niſi fuer*-
*terna.* Et inferius: *Ergo vita, quæ æterna & b*-
*quia, ſi non æterna, nec beata : ſi autem æterna*
*Lib.6 de* *nis, nec vita.* Et alibi : *Vitam æternam dic*-
*ciuit.c.vlt.* *vbi eſt ſine fine felicitas. Nam ſi anima in pœnis*
*æternis, quibus & ipſi ſpiritus cruciabuntur*
*mundi : mors illa potius æterna dicenda eſt, q*-
*vita : nulla quippe maior & peior eſt mors, quam*
*non moritur mors. Sed quod animæ natura, p*-
*quod immortalis creata eſt, ſine qualicumque vita*
*non poteſt : ſumma mors eius eſt alienatio a vita De*-
*Marc.9.* *æternitate ſupplicii.* Hæc Auguſtinus. Si erg-
damnatorum vita, quæ æterna eſt, in qua tam-
peccator non moritur, & vermis eius ac ig-
non extinguitur, vita non eſt : quanto

nus vita peccati in hac miſera vita dicenda e-
rit vita! Et hæc vita mors prima merito dici po-
teſt: tum quia reuera vita gratia per illam op-
primitur: tum quia ex illa mors, quam naturæ
debemus, profluxit: tum denique quia illam
mors æterna, quæ ſecunda & vltima eſt, ſubſe-
quetur. Et hæc omnia æternæ vitæ, de qua de-
inceps acturi ſumus, ex diametro opponuntur.

*Peccati vita mors prima, damnatorum ſecunda appellatur.*

10. Vita vero humana, etſi ſimilitudine titu-
loque vitæ non careat, comparatione tamẽ ſpi-
ritualis & æternæ non tam vita quam mortis
via eſt appellanda. Quod ſi eam vitę nomine ve-
lis inſignire, mortalem vitam verius appel-
labis quam vitam: quippe quæ ne momentum
quidem vitæ habeat certum: certoque ſit cer-
tius, hinc eſſe emigrandũ, & quidem incertiſſi-
ma hora: cumque hora illa venerit, non tam vi-
xiſſe videberis, quam momento ad mortem e-
uolaſſe. Quod perpẽdens Auguſtinus, plurib.
oſtendit vitam æternam ſolam vitam dicendam
eſſe: & quod iſta vita mortalis, in qua modo ſu-
mus, ex illius vitæ comparatione mors eſſe cõ-
uincitur, quippe quæ tanta mutabilitate varia-
tur, & nulla ſtabilitate firmatur, curſuque bre-
uiſſimo terminatur: & ideo vera vita dicenda nõ
eſt, niſi æterna, quæ ſola vita eſt beata. *Non ergo*
(vt concludit ſanctus ille Doctor) *eſt beata vita,*
*niſi vera: & non eſt vera, niſi beata vita: nec beata vi-*
*ta eſt, niſi æterna.* Itaque D. Auguſtinus hanc vi-
tam mortalem non habet pro vera: nec beata
eſſe poteſt, quia mortalis eſt, quia perpetua non
eſt: quod enim ſempiternum non eſt, anxietate

*Humana vita, mortalis & breuis miſera, incerta, non eſt vita dicenda.*

*Serm. 17. de verbis Domini.*

non caret: vtſi in epulis beatitudinem col
ces, earumque fruitio finem habeat, illius
pectatio exitusque memoria dolorem gignit
triſtitiam, quæ in beata vita non eſt.

*Vitam gratiæ eſſe veram vitã, probatur.* 31. Idem tamen de vita gratiæ ſtatui non
bet, quæ à diuinis litteris & vitæ, & beatæ
ternæ inſignibus condecoratur. *Qui fecerit*
*cium & iuſtitiam*, ait Ezechiel, *vita viuet, &*
I. *Scripturis.* *morietur.* & Chriſtus: *Qui verbum meum*
*Ezech. 18.* *& credit ei qui miſit me, habet vitam æternam*
*1. Ioan. 5.* *iudiciũ non venit, ſed tranſiit à morte in vitam.*
*Ioan. 5.* D. Ioannes: *Qui habet Filium, habet vitam: qui*
*Cor. 4.* *habet Filium, vitam non habet.* denique D.Pa
*Semper*, ait, *nos qui viuimus, in mortem tra*
*propter* IESVM: *vt & vita* IESV *manifeſte*
*carne noſtra mortali. Ergo mors in nobis opera*
*vita autem in vobis.* Merito enim vita voc
quia communicatio eſt vitæ increatæ:
*Ioan. 1* namque de verbo æterno dixiſſet Ioanne
*2. Pet. 1.* *ipſo vita erat*: addidit, *Et vita erat lux homi*
ergo vita illa nobis communicata eſt,
per gratiam Dei. Deinde D.Petrus gra
qua viuimus, vult eſſe diuinæ naturæ con
tium ac communicationem: natura autem
uina, vita eſt: erit igitur & eius partici
tio.

2. *Ratione.* Omnium denique actionum noſtrarum
pernaturalium merito Chriſtum auctore
agnoſcimus: qui longe plura confert ad vi
actus productionem, quam humana infir
tas: vitales vero ſunt omnes actiones illæ q
dem, ſed nõ ſolius vitæ naturalis: debet ergo

nobis eſſe vita quæ vitam naturalem excedat: quæque, ea ſublata, vt ab ea minime dependēs, ſuperſtes maneat, atque interitum neſciat.

3. Eſt & beata vita hæc: ſed eius beatitudinis excellentia nondum in quiete conſiſtit: in arena, in puluere, in curſu, in labore, intollerantia tota eſt: nondum ad metam peruenit: à carceribus modo ſoluitur, & vt currat expeditius, ab omnibus ſe abſtinet: quodque eſt in ſtatu beatitudinis omnia poſſidere, hic ſummæ felicitatis eſt extreme inopem eſſe. Idcirco dicuntur beati pauperes ſpiritu, ipſorumque eſſe regnum cœlorum. Item in patria, Regum more, ij audēter loquentur, qui olim humiles fuerunt: tunc enim iudicabunt ſancti gentes: hic vero, *beati mites*: Item *exultant ſancti in gloria, lætantur in cubilibus ſuis*: hic *beati qui lugent*. Denique in gloria ſancti, omnium bonorum vbertate perfuſi, malum nullum ſentiunt, imo nec metuunt quidem: ſumma vero hic beatitudinis noſtræ hæc eſt, *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: beati eſtis cum maledixerint vobis homines. & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate.* Certe magna beatitudinis teſſera eſt, poſſe in perpeſſionibus gaudere: & ſi auſim, maiorem dicerem PERFECTIONEM noſtræ beatitudinis beatorum gloria: ij enim omni malo carentes, præſentia ſummi boni circumfuſi, gaudendi anſam habent maximam, triſtitiæ nullam poſſunt prætendere: nos, ſolo ingentia aceruo dolorum locupletes, gaudium

*Eandem eſſe beatā.*

*Matth. 5.*

*In quo via beatitudo conſiſtat.*

*Matth. 5.*

*Pſal. 149.*

*Matth. 5.*

præter ſpem futuræ mercedis, habemus nul
& tamen Chriſtus in vitæ ſpiritualis circum
*Ibidem. Homilia. 8. in c. 4. ad Ephes.* trantibus malis, tamquam beatis, *Gaudete, ait,*
*exultate.* Certe vitam aliquam eſſe in hom
beatam hoc argumento Chriſtus comprob
videtur. Idipſum Chryſoſtomus fuſe & eleg
*Epheſ. 4.* ter teſtatur, de catena Pauli diſputans, dum
plicat illa verba, *Ego vinctus in Domino. Magna,*
quit, *& quæ vim magnam habet, dignitas, & reg*
*& conſulatu, & quibuſuis aliis maior; quod quidem*
*cit etiam ſcribens ad Philemonem: Cum ſim Paulus*
*nex, nunc autem vinctus in Chriſto. Nihil eſt enim*
*que præclarum, atque vincula propter Chriſtum, a*
*catenæ ſanctis illis manibus impoſitæ. Vinctum eſſ*
*pter Chriſtum, eſt præclarius quam eſſe Apoſtolum,*
*eſſe Doctorem, quam eſſe Euangeliſtam, Si qui*
*mat Chriſtum, nouit quod dicitur: ſi quis in Do*
*num inſanit, & eius amore vritur, nouit vim vincu*
*rum: maluerit eſſe vinctus propter Chriſtum, quam*
*bitare cœlos. Quouis auro ſplendiores eis oſtendebat*
*nus, & quouis Regali diademate: non enim tam ſp*
*didum facit caput vitta ex gemmis compoſita ei im*
*ſita, quam catena ferrea propter Chriſtum. T*
*erat Regiis vinctorum carcer præclarior, atque ad*
*pſo cœlo. quid dico Regiis? habebat enim vinc*
*Chriſti.* & infra : *Hoc fortaſſe eſt præclarius, quam*
*ſedere à dextris : hoc eſt magnificentius, quam ſede*
*ſuper duodecim ſedes : & quid dico de humanis*
*pudet conferre diuitias & mundum aureũ cum vinc*
*lis.* Et paulo poſt: *Nihil eſt illa catena beatius, nihil*
*melius, quam male pati propter Chriſtum. Non tam*
*beatum exiſtimo Paulum quod raptus ſit in paradi*

ſum,

*ſum, quam quod coniectus ſit in carcerem: non tam eũ*
*cenſeo beatum quod raptus ſit in tertium cœlum, quam*
*eum cenſeo beatum propter vincula.* Hæc ille. Et
ſane Chryſoſtomus iuxta mentem Pauli loqui-
tur, qui in hoc ſolo gloriabatur. *Si gloriari*, inquit 1. Cor. 11.
*oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor.* & me-
rito: nam ſedere ad dexteram Dei, opus eſt
bene merentis Dei de nobis: non noſtrum, qui
à Deo id accipimus; at perpeti aduerſa pro Chri
ſti gloria, heroicum facinus eſt bene de Deo
merentium. ita D. Petrus: *Si quid patimini propter*
*iuſtitiam, beati. Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei* 1. Pet. 3.
*conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias, patiens iniuſte.* 1. Pet. 2.
*Quæ enim eſt gloria, ſi peccantes & colaphizati ſuf-*
*fertis? ſed ſi benefacientes patienter ſuſtinetis, hæc*
*eſt gratia apud Deum.* Concludam eiuſdem Apo-
ſtoli verbis: *Cariſſimi, communicantes Chriſti paſſio* 1. Pet. 4.
*nibus gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gau-*
*deatis exultantes. Si exprobramini in nomine Chriſti,*
*beati eritis: quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & vir-*
*tutis Dei, & qui eſt eius Spiritus, ſuper vos requieſcit.*
*Nemo autem veſtrum patiatur vt homicida, aut fur,*
*aut maledicus: ſi autem vt Chriſtianus, non eru-*
*beſcat: glorificet autem Deum in iſto nomine.*

33 At vita beata æterna ſit oportet: quomodo *Vitam ſpi-*
æterna eſt vita ſpiritualis, quæ toties amittitur: *ritualem*
& ſane ſi vmquam perpetua atque immutabilis *eſſe æternã*
probari debuit, in iis id profecto accidere de- *probatur.*
buit, quos Deus præſtantiſſimos in virtutum
ſplendore condiderat, aut ad ſibi placendum
delegerat; quales fuerunt Angeli, quales primi
parentes, qualis Rex Dauid, quem Deus ſe- 1. Reg. 13.

 cun-

cundum cor ſuum inueniſſe ſe profitetur: qu
3. Reg. 4. lis Salomon, cuius ſapientia & animi latitu
Iob. 4. arenæ maris comparatur. At Angeli co
eo non fuerunt ſtabiles: quanto minus filij
minum, eorumque parentes, ex molli carn
1. luto compoſiti! Nihilominus Scripturæ ſa
Scripturis. hanc vitam beatam nuncupant. Eſt enim gr
forma huius vitæ: illa vero, Paulo auctore,
Rom. 6. *æterna eſt.* Et qui manducat panem de cœlo
tum, *viuet in æternum.* CHRISTVS de
Ioan. 4. dat potum qui iugiter ſatiat, dicens: *Omnis qu*
*bit ex aqua hac,* (nempe quæ ſcaturit ex fonte
cob) *ſitiet iterum; qui autem biberit ex aqua q*
*ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æ*
*nam.* Fons Iacob perennis eſt: ergo CHRI
Ioan. 17. gratia iugis erit. *Hæc eſt vita æterna,* ait
CHRISTVS Dominus, *vt cognoſcant te ſ*
*Deũ verum, & quem miſiſti* IESVM CHRIST
Quem locum de cognitione per fidem &
Lib. 3. de Trinit. circa med. gratiæ intelligunt D. Hilarius & Cyrillus A
xandrinus: & videtur eſſe ſenſus litteralis. D
que *caritas numquam excidit.*
Lib. 11. in Ioan. c. 16. Dicitur ergo hæc vita ſempiterna, quia æ
1. Cor. 13. næ vitæ radix & cauſa eſt: nullus enim æter
2. viuet, qui prius vitam gratiæ & ſpiritus non
Rationib. buerit. Eſt via ad æternam vitam, ac ratio e
1. aſſequendi: nemo enim Deum vmquam vi
2. bit, nec beatitudinem aſſequetur, qui prius
3. per fidem Deum non cognouerit. Eſt vita
terna, quia ex natura ſua immortalis eſt, ſi
& natura diuina, cuius eſt participatio: v
1. Pet. 1. D. Petrus ait: *Qui ſecundum miſericordiam ſu*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*magnam regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurre-ctionem* IESV *Chriſti ex mortuis, in hereditatem in-corruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibi-lem, conſeruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem, paratam reuelari in tempore nouiſſimo.*

Æterna deinde, quia nullus eam poteſt no- 4.
lentibus eripere, non Angeli, non vis humana,
non mundus, non tormenta: ſolum peccatum
poteſt eam diſſoluere: ſicut & primi parentes
immortales erant, ſolaque tranſgreſſio morta-
les effecit. Ideo D. Paulus conſtantiſſime aſſe- *Rom. 8.*
uerat: *Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? tribulatio?*
*an anguſtia? an fames? an nuditas?* Reſpondet vero:
Nihil vtique poterit. Vita enim ſpiritualis pec-
cato reſiſtit; à peccato, tamquam peſte exitiali,
quæ illi mortem adferat, abhorret. Eodem
modo loquitur D. Paulus de caritate: *Caritas* *1. Cor. 13.*
*patiens eſt, non agit perperam, non eſt ambitioſa, non*
*quærit quæ ſua ſunt, non cogitat malum, non gaudet*
*ſuper iniquitate.* quia tantum abeſt vt inclinet
ad vitia, vt etiam omnia perſequatur, & quan-
tum in ſe eſt, deſtruat: quod coniunctiſſima ſit
Spiritui & gratiæ internæ per quam renaſci-
mur, & adoptamur in filios Dei: nec à peccato
vita illa vlla ratione promanat, teſte D. Ioanne. *1. Ioan. 3.*
*Omnis*, ait, *qui in Chriſto manet, non peccat. Qui*
*facit peccatum, ex diabolo eſt. Omnis qui natus eſt ex*
*Deo, peccatum non facit, quoniam ſemen ipſius in eo*
*manet: & non poteſt peccare, quia ex Deo natus eſt.*
Quantum ergo eſt ex parte Dei & gratiæ,

num-

*Ibidem.* numquam peccabimus: nam *Chriſtus*, vt ai[…]
dem Ioannes, *apparuit vt peccata noſtra tolle[…]*
*& peccatum in eo non eſt*: nos vero ex eo nati na[…]
ram parentis ſequimur: & ſemen eius ten[…]
in vitæ conſeruationem, ſicut & ſemen diab[…]
in mortem animæ. Cum ergo ſemen hoc & g[…]
tia peccatum excludant, ſequitur eius vitam[…]
immortalem & æternam.

5. Denique æterna eſt vita gratiæ, quia (vt[…]
*1. Pet. 1.* tim dicemus) eadem in cœlo perſeuerat, c[…]
in terra cœpit initium. Illic *incorruptibilis*, *&*
*contaminata, & immarceſcibilis* efficitur non t[…]
tum ex parte gratiæ, ſed quia ipſa anima hic m[…]
tabilis & inconſtans, illic immutabilitatem, […]
bilitatem, & conſtantiam induit.

6. Simili ratione & corpora noſtra numqu[…]
*Vita corporum quomodo æterna.* moritura dicuntur à Chriſto, etſi re ipſa m[…]
antur. *Omnis*, ait, *qui viuit, & credit in me, non m[…]*
*rietur in æternum.* nempe poſt reſurrectione[…]
*Ioan. 11.* tunc namque homines amplius non mor[…]
tur, in primis morte ſpirituali: quia gra[…]
quæ animæ vita eſt, conſummata æternum co[…]
ſiſtet: ex animæ vero gloria & immortalitate, […]
corpus rediuiuum redundante, eam glor[…]
& immortalitatem induet, quam eis nulla […]
ratio detrahat, nulla æternitas deleat, nulla ſ[…]
cedens auferat vita. Nunc vero æternitate […]
cuntur corpora noſtra donata, quia ſemen i[…]
mortalitatis attactu glorioſi corporis Chriſti […]
*Rom. 8.* Eucharistia acceperunt, & Spiritui illi do[…]
*4. ad[…] hæreſ.* cilium præbuerunt, *qui Ieſum ſuſcitauit a mo[…]*
*tuis*: ſed æternitatem illam in ſpe poſſidem[…]
no[…]

nondum in re. Hinc Irenæus: *Quomodo carnem dicunt in corruptionem deuenire, & non percipere vitam,* (id eſt, non reſurgere) *quæ à corpore & ſanguine Domini alitur?* & infra: *Corpora noſtra, Euchariſtiam percipientia, iam non ſunt corruptibilia, ſpem reſurrectionis habentia.*

34. Hæc vero etſi vera ſint, vt veriſſima tamen ex parte noſtra nondum ſecuri ſumus, cum *theſaurum iſtum habeamus in vaſis fictilibus: & homo neſ* 1. Cor. 4.
*ciat vtrum amore an odio dignus ſit, ſed omnia in futu* Eccle. 9.
*rum ſeruentur incerta:* & *ſi iuſtus vix ſaluabitur, im-* 1. Pet. 4.
*pius & peccator vbi parebunt?* Iob, quem Deus laudauit præ cæteris hominibus, aſſerens non eſſe ei ſimilem in terra, cum tamen de ſuo ſtatu co- Iob. 31.
gitat, ipſe, *Quaſi tumentes:* inquit, *ſuper me fluctus timui Deum*: at timor ille tempeſtatis, quando fluctus inſtar montium aſſurgunt, & naui agitatæ ac capitibus nauigantium imminent, horrendus admodum eſt. Anxietas igitur illa multum de vitæ noſtrę beatitudine detrahit, & merito ad vitam omnis mali timoriſque expertem aſpiramus: vnde D. Auguſtinus: *Tota vita i-* De verbis
*ſta intelligentibus tribulatio eſt: ſunt enim duo torto-* Domini ser
*res animæ: non quidem ſimul torquentes ſed cruciatu* 42.
*alternantes. Horum duorum tortorum nomina ſunt timor & dolor. Cum tibi bene eſt, times, cum male eſt, doles. Sæculi huius quidem non decipit proſperitas, non frangit aduerſitas?*

35. Illa nihilominus vita, quam hic tanto cum timore & tremore ducimus, ſi conſeruata Dei amicitia hinc demigrauerimus, ſtatum æternum accipiet, & in ſempiternam commu-

tabi-

tabitur:eritque ęterna ac beata vita Si enim ſ[...]
iectum vitæ illius, quæ gratia eſt, ſpectemu[...]
*7. Ratio. Gratiam habitualẽ remanere in patria probatur.* corruptibilis eſt: & in ipſa, vita ſpiritualis; [...]
hac, æterna fundatur. Si enim perfectiones [...]
turales, vt ſcientiæ & virtutes humano lab[...]
acquiſitæ, in cœlis remaneant ad ornatum [...]
ge magis chariſmata cœleſtia, à Deo infuſa, [...]
1. ipſa diſponant animam ad ſtatum beatit[...]
Hinc Patres dicunt Deum eſſe vitam ani[...]
quod nimirum per gratiam ſe illi coniung[...]
eſſe plane diuinum tribuat: & illud quidem [...]
vitæ principium ac fundamentum eſt, & e[...]
potentiæ ſpirituales virtuteſque tamquam [...]
nimæ ſpiritualis eſſentia oriuntur: cumqu[...]
virtutum habituſque in patria remaneant, [...]
in dubium reuocare poſſit ipſum fontem [...]
2. riginem remanere? Gratia deinde illa habitu[...]
nos filios Dei efficit, & per conſequens he[...]
ipſaque ius illud ad gloriam cõtinet. Defert [...]
go ius illud ſecum anima tamquam pretiu[...]
lutis ſuæ, & teſſeram beatitudinis, vt, ea vi[...]
*2. Tim. 4.* ronam iuſtitiæ ei iuſtus iudex reſtituat. De[...]
3. nemo admittitur ad cœnam illam ſine veſte [...]
ptiali, quæ nihil aliud eſt quam caritas, ac g[...]
*8. Ratio. Modus quo anima viuit in cœlo.* hæc, quæ animæ ornat eſſentiam: ſine qu[...]
lum ornamentum in anima remanet. Viu[...]
go anima poſt hanc vitam.

Sicut igitur, cum Deus in hac peregrin[...]
ne vnitur animæ per gratiam & virtutes ſ[...]
naturales, (qui inuſitatus naturæ modus [...]
nionis, quod nouo modo in nobis exiſte[...]
cipiat) vitam in homine ſpiritualem effec[...]

mus: ita & in cœlo cum Deus per eandem gratiam, ſed iam conſummatam, intime ſeſe animæ commiſcet ac coniungit, incipere animam dicimus veram vitam viuere, quia Deum nouo modo, & quaſi nouum eſſe ſpirituale recipit: quod eſt ſane primum fundamentum vitæ beatæ, origo ac fons omnium operationum quæ poſtmodum ſequuntur: illa enim gratia ſtabilimentum accipit, ſtatum, & firmitudinem. Et vt corpus in die reſurrectionis, per nouam informationem animæ, plane diuinum & cœleſte perfectum ac indiſſolubile temperamentum accipiet: ita & anima per operationem diuinam qua Deus ſe illi indiſſolubiliter adiungit, quaſi nouum eſſe diuinum accipit, in quo, quidquid beatitudinis deinde ſequitur, fundatur, & homo cum Deo indiſſolubili nexu coaleſcit. Intime amantium hoc eſt, vt animo, quatenus fieri poteſt, conglutinentur: non tantum præſentia corporali, ſed & intima neceſſitudine. Ita eſt: Deus namque, qui amicitiam nobiſcum nouo fœdere confirmat, non tantum per amorem ac cognitionem nobis adiungitur, aut per preſentiam ſuam, ſed intima coniunctione cum animæ noſtræ eſſentia, ſubſternendo baſim in qua actus beatifici ſequentes veluti conquieſcant: quæ gratia eſt confirmata. Vnde ſequitur, vnionem illam, per quam Deus ita vnitur nobis, vt beati ſimus, debere eſſe aliquam animæ PERFECTIONEM intrinſecã: eſt enim beatitudo interna & inherẽs beati PERFECTIO: alias ꝑ denominationẽ ſolã extrinſecã homines dicerẽt beati.

36. Viuit ergo anima poſt hanc vitam:ſed
beate? beatius quam in hac vita mortali,in
nihilominus omnes beati eſſe volunt,& m
optant,in quibus,ſi ea adipiſcantur,ſe beato
turos putant : quæ tamen vbi adepti ſunt,
minime ſufficere reperiunt. Hinc Diuus Au
ſtinus: *Omnis homo, qualiſcumque ſit, beatus vul*
*hoc nemo eſt qui non velit: atque ita velit, vt præ*
*velit: imo, quicumque vult cætera propter hoc vu*
*lit. Diuerſis cupiditatibus homines rapiuntur,*
*lius cupit hoc, & alius illud. Diuerſa ſunt genera*
*di in genere humano, & in multitudine gen*
*viuendi alius aliud eligit & capeſcit : nemo*
*men, quocumque genere vitæ electo qui non ae*
*vitam cupiat. Beata ergo vita communis eſt*
*poſſeſſio: ſed qua veniatur ad eam, qua tentatu*
*itinere tento perueniatur, in contronerſia eſt: at*
*ſi quæremus beatam vitam in terris, neſcio vtru*
*uenire poßimus: non quia malum eſt quod quær*
*ſed quia non in loco ſuo quærimus. Alius dicit:*
*qui militant. negat alius, & dicit : Beat*
*agrum colunt. & hoc negat alius, & dicit : Bea*
*in foro populari claritate verſantur, cauſaſque d*
*dunt. & hoc alius negat, & dicit: Beati qui m*
*& poteſtatem habent audiendi & diſcernendi*
*hoc alius, & dicit: Beati qui nauigant multas re*
*diſcunt multa, colligunt lucra. Videtis, cariſſimi*
*ni illa multitudine generum viuendi non placere*
*omnibus, & tamen beata vita placet omnibus.* H
le. Perfecta bearitudo ergo hic expectari
debet,ſed alibi quæri,vbi poſſit inueniri. In
lis inuenies : in Deo,qui ſummum bonum

*Vita, quæ in cœlis degitur, beata.*
*Dicto ſerm de martyribus qui maſſa candida vocitantur, c. 2 & 3.*

beatitudo noſtra eſt. Sed quid? otioſi ac quietierimus in cœlis? ſufficiet ſola animæ vnio per gratiam conſummatam cum Deo? cæterum in pace in idipſum dormiemus & requieſcemus? Non eſt ita: viuemus etenim.

Argumentum vitæ ex operatione metimur; *9. Ratio, ex operatione*
&, ſi perpetua actio ſit, vitam quoque perpe- *beatorum ducta.*
tuam eſſe concludimus. Nec beati eſſemus,
ſi omni operatione vacaremus: non enim bea- 1.
titudo noſtra conſiſtit in ſola vnione habituali, per gratiam conſummatam, aut alia dona habitualia; hæc namque ad operationem referuntur, vltimaque animæ PERFECTIO gratiæ ac donorum illorum intrinſeca operatione cõſummatur, nempe vt homo intelligat, amet,
& fruatur. Accedit quod beatitudo noſtra ſit 2.
participatio beatitudinis eſſentialis ſummi æternique Dei: at Deus non cenſetur beatus qua ratione exiſtit, ſed quatenus amat, videt, & ſeipſo fruitur. Id euidentius elucet in anima Chriſti, cuius beatitudo non conſiſtit in vnione hypoſtatica, licet illa perfectiſſima ſit in genere rei exiſtentis; ſed in viſione ac fruitione Verbi increati. Illi ergo beati habendi non ſunt, qui, præclaris facultatibus ac diuinis muneribus prędīti, otioſi quieſcunt, ſed qui, vt perfectiſſimus Deus, (qui puriſſimus actus eſt) agunt aſſidue, & vtuntur donis cœleſtibus, ad eum finem, propter quem inſtituta donataque ſunt.

Nec putandum eſt operationes illas à Deo *Operatio-*
infundi, ſic vt potentiæ nihil agant, non ope- *nes beato-*
rentur, ſed ſolus Deus. nam beatitudo noſtra *rum non*

*infunduntur à Deo.*

in actione mentis conſiſtit : ac de ratione a
immanentis in potentia, & vitalis, eſt, vt eff
ue procedat à potentia, quam viuificat ac v
ter informat; viuere enim eſt ab intrinſeco
rari, beatitudo vero eſt actio vitalis, qu
amor beatificus, viſio, fruitio, gaudium. V
ergo & beate viuit homo agendo & vten
facultatibus, quæ ad beatitudinem cap
dam conceſſæ ei ſunt: nam quomodo be
do eſt vita æterna, ſi homo vitaliter non o
tur, & gratia habitualis deliteſcat otioſa, ne
tentias ad agendum moueat? Potentia
que quomodo deſides conquieſcunt in e
infinite eas amat & beat, tot tantiſque
rum aceruis cumulat? Aliter ſtatuit Pro

*Pſal. 83.*

Regius: ***Beati***, ait, ***qui habitant in domo tua***
***ne, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.*** Laudan

*Apoc. 4.*

Deum, & inceſſanter clamant: *Sanctus, ſ*
*ſanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, &*
*& qui venturus eſt.*

37. Operantur ergo beati, ſi vnquam, &
ta ſuppetunt quæ videant, cognoſcant, &

*Operationes beatorum extra Deum quæ & quales.*

erceant; & ( vt ad thronum diuinæ Ma
tis procedat pedetentim oratio venerab
in primis ( extra Deum ) ſeipſam anima ſ
que ſuum conſiderat, cœlorum latitud
terrarum exilitatem, Angelorum ſtudi
induſtriam in ordinandis motibus cœleſt
globorum ſcite, diſtincte, tempeſtiue, ac
dum ſpatia temporum; generationem
ac corruptionem rerum naturalium; h
num curas ac ſolicitudines in tuenda ac co

unda vita, rebuſque pereuntibus aggregandis.

Sed nihil ita placet vt beatorum ſocietas, & meritorum ſingulorum conſideratio: hæc tamen nondum animam exſatiant, nec in his beatitudinis natura atq; eſſentia conſiſtit. Multi excellentes ingenio, illuſtres ſcientia, docti experientia cœlos adeunt. Eo lumine ac viribus, quibus natura præditi, agere poſſunt. Quod ſi infuſa ſcientia vti velint, ſupernaturalis erit operatio, nondum tamen beatifica; nam beatitudinis eſſentia in conſecutione ſummi boni vltimique finis verſatur: ideo illa ſola operatio pertinere poteſt ad naturam beatitudinis, quæ proprie Deum reſpicit, & circa ſummum bonum verſatur: cæteræ vero operationes non beatificæ non inutiles propterea ſunt, ſed beatis, qui in omni ſcientia & virtute locupletes ſunt, liberæ ſunt, & ad beatitudinis complementum & ornamentum accidentarium ſeruiunt: verum comparatione earum quibus beati reddimur, ſimiles ſunt lumini candelæ, lucente ſole meridiano; aut lampadi exiguæ eo loco in quo faces innumeræ collucent; aut ſicut panis aridus famelico quidem, ſed inter menſas dapibus refertas.